



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 27. Privilegium Monasterio S. Dionysii concessum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

Sæculum VII
A C. 658.

Boll. 1.
Febr. to. 3.
p. 206.

Mart. Rom.
12. *Nov.*

Sigebertus, Metis sepultus, ob insignem Pietatem inter Sanctos colitur. Præter alios sæpe consilio usus est S. Cuniberti Episcopi Coloniensis, qui, postquam hanc Ecclesiam annos quadraginta rexisset, anno 664. secundo Nov. obiit. Clodoveus vero ad S. Dionysium in Francia sepultus est.

§. XXVII.

Privilegium Monasterio S. Dionysii concessum.

Mabil. Dipl.
v. tab. 17.
& l. VI. n. 7.

Clodoveus triennio prius quam diem oppeteret, Monasterio S. Dionysii Privilegium concesserat, hodieque in Scriptura Originali super Papyrum Ægyptiacam ibidem asservatum, cujus litteræ, stylus, orthographia illius Sæculi barbariem produnt. In eo dicit Rex, se rogante Landrinum Episcopum Parisiensem huic Monasterio Privilegium dedisse, quo Monachi tranquillius Dei Beneficia deprecari possint. Hinc prohibet, ne quis Episcopus vel alius aliquam partem fundorum, vel Servos Monasterii etiam Titulo permutationis sine Congregationis consensu, & Regis licentia acquirere valeat. Non liceat auferre Calices, Cruces, Altaris ornamenta, libros, aut quidquam aliud de supellectile, & in urbem distrahere; econtra Monachi teneantur Psalmodiam perpetuum diu

diu noctuque celebrare, eo modo, quo ^{Sæculum VII} tempore Dagoberti Regis fuit instituta, ^{A. C. 658.}
 & in Monasterio Agaliensi ad S. Mauri- ^{Sup. Lib.}
 tium peragitur. Huic Privilegio sub- ^{XXXVIII.}
 scripsit Rex, Beroaldus ejus Referenda- ^{§. 15.}
 rius seu Cancellarius, & viginti quatuor
 Episcopi, quos inter nobis magis noti
 sunt sequentes, Aunemundus Lugdunen-
 sis, Chaoaldus Viennensis, Rauracus Ni-
 vernensis, Etherius Embrodunensis, S. E-
 ligius Noviodunensis, Rigobertus Turo-
 nensis, S. Landrinus Parisiensis, Wulfo-
 landus Bituricensis, Palladius Antissio-
 dorensis, Clarus Gratianopolitanus, Ar-
 mentarius Senonensis. Tum visuntur
 nomina multorum Optimatum, & Mini-
 strorum Regis, quos inter est Ebroinus
 postea Palatii Magister. Dies appositus
 est Clicovii decimo Cal. Jul. anno Clodo-
 vei regnantis sexto, id est, vigesimo se-
 cundo Jun. anno 653. Ex his dispicitur, ^{Tom. VI.}
 magnum numerum Episcoporum & O- ^{Conc. p. 489.}
 ptimatum ex toto Regno adfuisse; hinc
 etiam Conventus iste Conciliis accense-
 tur.

§. XXVIII.

Marculsi Formulæ.

Concordia hujus Privilegii cum illo,
 quod Marculfus refert, confirmat
 communem opinionem existimantium,
 eum illa ætate extitisse, & Episcopum
 R 5 Lan-